Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pauli Epistolae - Cod. Aug. perg. 185

Paulus <Apostel, Heiliger>

[Reichenau ?], [9. - 10. Jh.]

Epistolae Canonicae: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-45394

Visual Library

uoluntatem eius. faciens in uobis quod placeat coram
se per ihm xpm. cui gloria in secula seculorum amen.
Rogo autem uos frs ut sufferatis uerbum solatii. etenim per
paucis scripsi uobis; Cognoscite fratrem nrm timotheu
dimissum. cum quo si celerius uenerit. uidebo uos.
Salutate omnes praepositos uros. et omnes scos; Salu
tant uos de italia frs; Gratia cum omnibus uobis amen;

EPISTULA PAULI AD HEBREOS EXPLICIT
SCRIPTA AB ROMA habet UERSUS DCCIII

INCIPIUNT IN DNO NOMINE VII EPISTOLAE

INCIPIT PROLOGUS CANONICAE.

Non ita ordo est apud grecos qui integre sapiunt et fidem
rectam sectantur. Epistolarum septem quae canonice
nuncupantur. in latinis codicib; inuenitur quod petrus qui
primus est in numero apostolorum. primae sint etiam eius epis
tole in ordine ceterarum. Sed sicut euangelistas dudum ad
ueritatis lineam correximus. ita has proprio ordini deo nos
iubente reddidimus; Est enim prima earum una iaco
bi. petri duae iohannis tres. et iudae una quae si sicut ab eis dige
ter. Ita quoque ab interptib; fideliter in latinum eloquium
uerterentur. nec ambiguitatem legentib; facerent nec ser
monum se uarietas inpugnaret; Illo praecipue loco ubi de uni
tate trinitatis in prima iohannis epistola positum legimus.
in qua ab infidelib; translatorib; multum erratum esse
fidei ueritate comperimus. trium tantummodo uocabula.
Hoc est aquae sanguinis et spiritus in ipsa sua editione ponentes et pa

tri uerbi quae ac sps testimonium committentis in quo maxime
& fidei catholica roborat & patris & filii ac sps sci una diuini
tatis substantia conprobatur. In ceteris uero epistolis quan
tum nra aliorum distet editio lectoris prudentiae derelinquo;
Sed tu uirgo xpi eustochium dum a me inpensius scripturae
ueritatem inquiris meam quodam modo senectutem
inuidorum dentib; confodiendam exponis qui me falsarium
corruptorem que scarum scripturarum pronuntiant; Sed ego in
tali opere nec emulorum meorum inuidentiam pertimesco nec
scae scripturae ueritatem poscentib; denegabo; ITEM PROLOGUS;
Iacob; petrus iohannes iudas septem epistolas ediderunt tam misticas
quam succinctas & breues pariter & longas; breues in uerbis lon
gas in sententiis. ut rarus quis non in eorum electione caecutiat
Iacobus apostolus sem instruit oleum. ITEM PROLOGUS;
de cultura celestium praeceptorum & regula catholicae obser
uantiae & de inuictae patientiae magestate & reuelatione
plurimorum & de emendatio magistrorum ;;;
EXPLICIUNT PRELOCUTIONES INCIP EPIST IACOBI;;
6 Iacob; di & dni nri ihu xpi seruus duodecim tribub; quae sunt
in dispersione salutem; Omne gaudium existimate fratres
mei cum in temptationib; uariis incideritis. scientes quod
probatio fidei uestrae patientiam operatur. patientia autem opus
perfectum habeat. ut sitis perfecti & integri. in nullo de
ficientes; Si quis autem uestrum indiget sapientia. postulet a
deo qui dat omnib; affluenter & non inproperat & dabitur ei;
Postulet autem in fide nihil hesitans; qui enim hesitat si
milis est fluctui maris qui a uento mouetur & circumfertur